Vocabulary 9

Some 3rd declension adjectives have the same form for masculine, feminine and neuter in the nominative singular; these are listed with the nominative and genitive, e.g. **ingēns, ingentis**



The fall of Troy

The ruined walls of Troy

decem annōs Graecī Trōiānōs obsident sed urbem capere nōn possunt. tandem Agamemnōn, rex Graecōrum, dēspērat; omnēs prīncipēs convenīre iubet et 'decem annōs iam Trōiam obsidēmus,' inquit; 'saepe Trōiānōs in pugnā vincimus sed urbem capere nōn possumus. ego dēspērō. quid facere dēbēmus? domumne redīre dēbēmus? quid vōs monētis?'

decem annōs for ten years
obsident besiege; **dēspērat** despairs

cēterī prīncipēs tacent, sed Ulixēs 'ego nōn dēspērō,' inquit; 'cōnsilium novum habeō. audīte mē.'

omnēs prīncipēs cōnsilium Ulixis attentē audiunt; cōnsilium laetī accipiunt. equum ligneum faciunt, ingentem; multōs virōs fortēs in equum immittunt. illī in equum ascendunt et in ventre equī sē cēlant. cēterī nāvēs cōnscendunt et nāvigant ad īnsulam vīcīnam.

prīmā lūce Trōiānī nāvēs Graecōrum vident abeuntēs; gaudent quod Graecī nōn adsunt, gaudent quod pugnae tandem cōnfectae sunt. ē portīs urbis currunt ad ōram dēsertam; equum ingentem spectant in ōrā stantem. aliī 'equum dēbēmus in urbem dūcere,' inquiunt. alii 'equō nōlīte crēdere,' inquiunt; 'timēmus Graecōrum dōna. fortasse Graecī in eō cēlātī sunt.' tandem cōnstituunt eum in urbem dūcere. omnēs laetī eum per portās trahunt et in arce pōnunt. deinde epulās faciunt et multum vīnum bibunt.

nox adest. dormiunt Trōiānī. Graecī quī in īnsulā sunt nāvēs cōnscendunt et celeriter ad urbem Trōiam redeunt. eī, quī in equō cēlātī sunt, tacitī exeunt et festīnant ad portās.

vigilēs Trōiānōrum dormiunt; ēbriī sunt. Graecī eōs occīdunt; portās celeriter aperiunt et comitēs accipiunt. omnēs in viās urbis currunt. paucī Trōiānōrum resistunt. mox Graecī tōtam urbem capiunt. tandem rēgiam Priamī oppugnant; Priamum et fīliōs eius occīdunt. paucī ēvādunt. sīc Graecī tandem Trōiam capiunt et urbem dēlent.

cōnsilium plan

ligneum wooden
in ventre in the belly
sē cēlant hide themselves
vīcīnam neighboring
prīmā lūce at first light
abeuntēs going away
cōnfectae finished; **ōram** shore
stantem standing
equō ... crēdere trust the horse
dōna (acc. pl.) gifts
fortasse perhaps; **cēlātī** hidden
in arce in the citadel
epulās a feast; **vīnum** wine
quī who; **eī** those (men)

vigilēs watchmen; **ēbriī** drunk
aperiunt open

rēgiam palace
ēvādunt escape
dēlent destroy

The Trojan horse